

Cicero lib. I. de Oratore.

Magnum quiddam est onus atq; munus suscipere atq; profiteri, se esse omniibus silentibus unum maximis de rebus magno in conventu hominum audiendum, adest enim ferè nemo, qvin acutius atq; acrius vitia in dicente qvām recta videat; ita, qvicq; id est, in qvo offenditur, id etiam illa, qvā laudanda sunt, obruit. Neq; hæc in eam sententiam dispergo, ut homines adolescentes, si qvid naturale fortè nō habeant, omnino à dicendi studio deterreā.

*Melanchthon de Studio Artium dicendi sive, ut
vulgaris habet inscriptio, Encomio
Eloquentiae*

Tom. I. Declamat. Wittenberg. p. 373.

Qui discendo bonas horas bene collocare volent, veterum exemplum imitentur, styloq; ut Quintilianus ait, fideli & facundiam parent, & judicium acuant. Vehementer enim falluntur, si quid sine hac exercitatione promoturos se in literis sperant. Mare vitem citius ferat, qvām eruditionem auctor dicendi facultatem consequatur is, qui tanquam mandragorā sopitus nunquam incalescit, ut ingenium commentando expergeficiat.